



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

Vt lite penden. Et de attentatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

stinū statum repositio l. quod si minor & restitutio, ubi 200.  
 ff. de minor. Card. in Clem. 1. in 3. no. de rest. in integ. & 16.  
 in l. interdum, num. 4. ff. de cond. indeb. & quod per dicitur  
 in integrum restitutionem petitam, ipsa impediatur exco-  
 rtiō, est communis opinio, ut idem Ias. restat in l. qui se  
 tulit & condemnatum, nu. 27. ff. de re iudic. ubi & per dicitur  
 hanc materiam etiam pertractatam videbitur, & per dicitur  
 decis. 356 qui tamen nonnullas tradit limitaciones per Ab-  
 bat. & reliquos in cap. suscitata, de in integrum restitua. Ni-  
 col. Anton. Grauat.

Ut lite pend. Et de attentatū.

CAP. IIII.

SUMMARIVM.

- 1 Appellatione pendente, nil nouandum est, nisi  
 tamen, ut nume. 2. cum sequentibus, & nume. 27.  
 & 40.
- 2 Attentata pendente nullitatis causa non reuo-  
 cantur.
- 3 Iudex potest innouare in hi, qua tendunt ad cau-  
 sa faciliorem exitum, & qui sint isti exitus.
- 4 Iudex potest partibus interdicare, ne nubent,  
 etiam postquam ab ipso appellatum fuisse super  
 matrimonio, de quo controuersabatur.
- 5 Appellans petens coram iudice à quo attentata  
 reuocari, non censetur appellationi renuntiare.
- 6 Iudex reuocat grauamen per repositionem, & fre-  
 quens est iste vsus in Rom. Cur.
- 7 Iudex appellatus in quibus casibus post inhibiti-  
 nem iudicis, ad quem procedere possit.
- 8 Attentata reuocare, ad quem spectet.
- 9 Attentata plurima sunt, que non veniunt in pri-  
 ma

mi & ante omnia reuocanda, & qua sint, & vide num. 16.

- 10 Inhibitio siue iusta, siue iniusta, timenda est.
- 11 Iudices non satis benè faciunt, qui statim inhibēt, non cognita prius appellationis qualitate.
- 12 Attentatorum ad reuocationem duplici via agere possumus, & num. 39.
- 13 Iudicij officium ad attentata reuocanda implorare quæ non prohibetur, etiam si via ordinaria agere cœpisset.
- 14 Attentatorum reuocatio vsque ad conclusionem peti potest.
- 15 Conclusio in causa operatur, vt negocium finitum esse censeatur.
- 16 Attentata in quibus casibus per officium iudicis non reuocantur.
- 17 Attentatorum in causa, qualis erit procedendi formula.
- 18 Terminorum obseruatio, non est necessaria in attentatorum reuocatione.
- 16 Possessio an debeat colorari in iudicio attentatorum.
- 20 Litera remissoria non dantur actori in causa attentatorum.
- 21 Testium repulsa siue reprobatio, an concedenda in causa attentatorum.
- 22 Sententia super attentatis est interlocutoria, fallit tamen.
- 23 Citatio inducit litis pendentiam.
- 24 Lis super beneficio & sic super iure, an afficiat non solum super proprietate, sed etiam super possessio-

sessio-

sessione.

- 25 Instantia causa perpetua est de iure canonico, fallit tamen.
- 26 Cessio litis & causa operatur etiam cessum iuris.
- 28 Attentata reuocantur via ordinaria nullitatis.
- 29 Attentata, ut reuocari possint, necesse est appellationem iudici, & parti notificatam fuisse.
- 30 Attentata reuocari petenti, non obstat excommunicationis exceptio in eum opposita.
- 31 Attentatorum causa pendente, non potest procedi in causa principali.
- 32 Attentatorum priuilegia que sint.
- 33 Debitor suspectus de fuga, pendente lite capere potest.
- 34 Marito pendente lite potest inhiberi, ne ad uxorem ipse accedat, non obstante possessione maritali, si tamen matrimonium iure non valeat.
- 35 Appellatione pendente iudex potest procedere, ne possessor turbetur in sua possessione, & non dicitur innouare.
- 36 Attentatorum remedium non habet locum contra tertium, fallit tamen.
- 37 Iudex appellationis ab interlocutoria inhibita non debet, nisi causa cognita, & num. seq.
- 40 Attentata in quibus casibus non reuocantur.
- 41 Attentatorum iudicium est summarium.
- 42 Attentata, an prius diluenda, quam negotium principale.
- 43 Attentans appellatione pendente tenetur fructus restituere.

PRO.

Prohibet a lex \* ciuilis appellatione inter-  
 posita innouari, toto titu. ff. nil no. appella.  
 pend, cui consentiunt canones videlicet. c.  
 non solum de appellat. in 6. ratio prohibitionis  
 multiplex est, præcipuè quia postquam iudex  
 semel, siue malè, siue bene pronunciauit, functus  
 est suo officio, l. iudex postquam, ff. de re iudica-  
 ta, & eò ipso quòd quis superiorem iudicem ap-  
 pellant iudicis inferioris iurisdictio suspenditur,  
 cap. venientes de iureiurand. Hæc prohibitio ad  
 casum pendentis restitutionis in integr. eo. iure  
 extenditur, l. vnica, C. in integr. resti. post hu. ni-  
 hil inno. fit, non tamen indiscretè, sed cum pluri-  
 bus sectionibus, de quibus supra titu. proximo  
 satis diximus. Item ad casum pendentis nullita-  
 tis propositæ Innocent. & Imol. in capit. ex infi-  
 nuatione, extra de procurato. quos tamen intel-  
 ligit Franc. in capit. dilecto, de appellat. colum.  
 12. versicul. ex quibus omnibus tene menti, &  
 cap. vt attentata \* pendente nullitatis causa non  
 reuocentur aliàs in primis, & ante omnia iuxta  
 privilegium attentati, sed postquam is, qui de  
 nullitate diceret in causa nullitatis obtinisset,  
 & sic beneficio iniustitiæ, per not. per Bald. in  
 authent. quæ supplicatio. C. de prec. imp. offer.  
 & in l. tale pactum, §. qui prouocabit, ff. de pa-  
 ctis. Amplius & per sacros canones extenditur  
 hæc prohibitio generaliter, ne lite in quouis  
 statu pendente aliquid innouetur toto titu.  
 vt lit. pendent. extra & in 6. & notatur vtrobi-  
 que.

Verum hæc prohibitio & iurisditionis suspē-  
 sio, quatenus attinet ad iudicem à quo, indiscreta  
 non est, sed in his duntaxat, in quibus innouatio  
 appel-

- b** appellationi præiudicaret, *b* secus\* *verò in his,*  
**3** quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ ipsius  
 appellationis, quia in istis non remanet suspen-  
 sa iurisdicção iudicis à quo, cap. cum teneamur,  
 vbi Abb. Imol. Franc. & Dec. de appella. in prin.  
 & erit limitatio ad regulam iuris communis,  
 quòd appellatione pendente nihil innouetur, &  
 ad tex. & materiam in dict. cap. venientes de iu-  
 reiuran. In hac enim specie iudex à quo non dè-  
 ceretur innouare & attentare, sed potius se con-  
 formare cum præscripta iuris communis regu-  
 la, vt appellatione interposita nihil nouetur, &  
 appellationi fauere, ac faciliorem exitum præ-  
**c** stare, *c* veluti si appellanti terminum ad prose-  
 quendam appellationem statueret, vt in c. per-  
 sonas, & c. cum sit Romana extra de appella. vel  
 si vbi timor interim dilapidationis subisset, se-  
 questrum, Specu. tit. de appella. §. Nouissime, &  
 vbi timor fugæ debitoris appellatis superueni-  
 ret, capturam decerneret. Angel. in l. nemo car-  
 cerè in fi. C. de exactio. tribu. lib. 10. in repet. arg.  
 l. vt prætor, §. si debitorè, ff. de his quæ in fraud.  
 credito. Specul. vbi suprà Abb. & Decius in dict.  
 cap. cum teneamur de appella. vbi etiam Franc.  
**d** colum. 3. vers. sed limita omnia, vel si lata è len-  
 tentia in causâ matrimonij iudex\* à quo post-  
 quam ab ipso appellatum extitisset, partibus, ne  
 interim appellatione pendente aliter ruderent,  
 interdiceret, gloss. verbo districtius in cap. 1. ex-  
 tra de matri. contra interdic. Eccles. contracto,  
 vel si appellatione interposita prouideret, ne  
 possessor interim in sua turbaretur possessione  
 d. c. cum teneamur, vbi omnes, vel si in præiudi-  
 cium possessoris appellatione interposita fuis-  
 set

set innouatum, id omne vtpote attentatum reuocaret. Imol. ibidem, vbi etiam Fran. colum. 4. versic. secundus intellectui ibi, quia certè propter hoc non prohibetur, Dec. in princ. versic. sed tamen tex. hic in finalibus verbis, vbi etiam habes, quòd \* appellans petens coram iudice à quo ista attentata reuocari, non censetur suæ appellationi renunciare, quibus consencit palatium, Rota decis. 287. in no. licet appellationi de renuncia. & appella. vel denique si \* iudex à cuius grauamine appellatum fuisset, illatum grauamen reuocaret, prout frequens est iudicum Ro. Cur. vsus per repositiones, quibus quotidie in similibus grauaminum reuocatione vtuntur, quo casu potest iudex à quo citare ad hoc grauatum appellantem, & non solum reuocare grauamen, sed etiam reuocato grauamine, ad vltiora in causa principali procedere, ac si nunquam fuisset appellatum, cap. si à iudice de appellat. in 6. capit. cum cessante extra eodem, & notatur vtrobique, Imol. Franc. & Dec. in dict. cap. cum teneamur, vbi etiam tradunt, quòd ista procedunt non solum in iudice ordinario, sed etiam in delegato, præsertim Franc. colum. fin. in princ. ibi ex prædictis concludit hic Panorm. His enim casibus ac plerisque alijs, quos enumerant Specu. d. §. nouissimè titu. de appell. in princ. & suprà citati Docto. in d. c. cum teneamur, eod. titu. non videtur iudex à quo attentare, neque appellationi aliquod præiudicium inferre, sed potius expeditioni causæ appellationis faciliorem exitum præstare.

Nec \* ed minus licebunt ista iudici à quo, quia sibi forsan inhibitum fuisset, subsequens enim

§f

nim

nim inhibito in fauorem appellantis non impedit, quin iudex in præmissis, in quibus non remansit eius iurisdictio suspensa, possit prædicta ualia tendentia ad faciliorem exitum causæ appellationis facere. Abb. & alij in dict. c. cum teneamur, Franc. præsertim ver. secundus intellectus, colum. fin. in prin. ibi & haberent locum prædicta etiam, si iudex ad quem canonicè inhibuisset iudici à quo, qua in re plurimos noui errare, & contra impugnantes similia gesta per iudicem à quo in articulo attentatorum obtinui, quæ tamè in delegato intelliges, ubi iudex appellationi non detulisset, quia per delationem appellationis à delegato causam in totum, & omnis iurisdictio ad superiorem delata fuit, c. de appellationibus de appellat. in 6. licet secus sit in ordinario, qui ex generali iurisdictioe, quam habet, potest se intromittere etiam in habentibus oritur de no. Abb. in d. c. cum teneamur de appell. refert & sequitur Fran. ibidem col. fi. in fi. ver. & aduerte, quia omnia prædicta intelligit hinc Panormit.

8 Generaliter \* verò ubi attentatum fuisset, sollet dari commissio super reuocatione attentatorum, & regulariter committitur ei iudici, cuius maiestas fuisset attentando offensa, & sic iudici ipsius appellationis cap. sollicitudinem circa medium ibi, nam ad officium eius extra de appellatione. & licet in commissione peteremus iudici committi, ut in primis & ante omnia attentata reuocaret. Mos signaturæ est illa uerba, imprimis & ante omnia delere, quoniam \* plurima sunt attentata, quæ non veniunt aliàs imprimis & ante omnia, sed postquam is, qui attentatum diceret in causa, in qua fuisset, attentatum obtinisset,

nuisset, prout supra vidimus in attentatis, pendente causa nullitatis, Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imp. off. & in l. tale pactum § qui prouocauit, ff. de pactis, Franc. in cap. dilecto. colum. 12. versicul. ex quibus omnibus tementi de appell. Idem ubi post desertionem appellationis, quæ uis attentata quantum uis priuilegiata peterentur reuocari, Rota decis. 1. in no. Attentata de appell. & attenta. & 463. in antiqu. Nota de attenta. quo casu si reuocarentur, sententia tanquam à non suo iudice lata, esset nulla, iuxta l. 1. C. si à non compet. & cap. at si clerici, de iudi. quod tamen restringit Rota, ut procedat ubi desertio ex actis constaret, secus uero ubi tantum allegaretur, nec constaret ex actis, sed ueniret per exteriores probationes probanda, Rota decisio. 1. in no. Idem si lata sententia contra fictum contumacem, à qua non fuit aliàs infra decem dies, sed post à die tamen habitæ notitiæ appellatum, peterentur reuocari omnia gesta post decem dies à die latæ sententiæ, usque ad diem emissæ appellationis à die habitæ notitiæ, Rota decis. 187. in no. sicut contumax de dolo & contum. & de attenta. Idem si peterentur reuocari omnia gesta post decem dies à die latæ sententiæ usque ad diem postulata restitutions in integrum, Abb. in dict. c. suscitata, colum. penult. in gloss. verbo pensata, circa finem, ibi secus dic ubi exequutio fuisset acta ante postulatam restitutionem. Idem si peterentur reuocari attentata per tertium lite pendente inter te & me, Rota Fastoli causa, 5. nume. 5. versicul. quintum dubium. Idem si post appellationem duntaxat extra iudicalem attentatū diceretur, Rot. Fastoli ibidem,

dem, & decif. 309. in no. attentata de appell. vel post appellationem non à diffinitiva, in qua loquitur c. non solùm de appell. in 6. sed ab executione, Gemina in d. c. non solùm, col. 4. num. 10. versi. quæro an quòd dicitur de reuoca. attent. vel etiam post appellationem ab executione, vel denique si diceretur attentatum in quouis alio casu prohibito de iure appellari, Gemina. ibidem in gloss. verbo casibus. His enim casibus attentata non solùm non reuocantur in primis & ante omnia, sed tantùm expectato euentu causæ, in qua fuit attentatum, verùm nec via attentati sed beneficio iniustitiæ reuocari dicuntur, Rota in locis, de quibus supra, & magis expressè in dicta decif. 187. in no. Quamobrem consueui ego reprehendere aliquos causarum patronos, qui in commissione, qua petunt committi reuocationem attentatorum, solent dicere, Placeat. S. V. eidem iudici committere & mādare vt gesta, quæ prætenduntur attentata reuocet per viam attentati, nam si talia postmodum reperirentur attentata, quæ non venirent via attentati, sed via & beneficio iniustitiæ reuocanda succumberet in hoc iudicio specialiter intentato, vt per viam attentati reuocarentur, vel saltem non inseruiret præcedens formula commissionis, neque processus eius vigore habitus, sed alia impetranda esset, qua simpliciter daretur de reuocatione attentatum, & sic pinguior est in proposita specie commissio, quæ simpliciter daret de reuocatione attentatorum, quam ea, quæ daret per viam attentati, cùm nihilominus consuevit semper signatura addere hæc verba, pronuntius fuerit. Admoneo tamen, quòd præscriptis

ptis omnibus casibus, quibus attentata sunt ca-  
 lia, quæ non veniunt in primis, & ante omnia via  
 attentati reuocanda, sed expectato euentu caus-  
 sæ principalis, & beneficio iniustitiæ, si tamen  
 iudicis inhibitiō præcessisset, virtute similis in-  
 hibitionis venirent ante omnia reuocanda, Ge-  
 minia, in dict. cap. non solum, §. illa verò, colum.  
 1. & 2. à num. 6. vsque ad 9. & versic. Quæro an iu-  
 dex ad quem, vsque ad versiculum sed an atten-  
 tata, inhibitiō \* enim siue iusta, siue iniusta ti-  
 menda est, l. 1. §. 1. ff. de operis non. nunci. cap. sig-  
 nificantibus de appella. Rota decis. 306. in antiq.  
 Nota, quòd ibi de commiss. & attentata. f. Quam  
 obrem non satis iustè faciunt iudices, \* qui sta-  
 tim, non cognita qualitate appellationis inhi-  
 bent, etiam vbi ex inspectiōne appellationis ap-  
 pareat fuisse interpositam in casu à iure prohi-  
 bito, quòd facere non debet nec possunt, nisi præ-  
 cedat summaria cognitio, an appellatiō veniret  
 recipienda, nec ne, cap. Rom. §. si autem post sen-  
 tentiam. Gemina, in dict. cap. non solum de ap-  
 pella. colum. fin. in gloss. verò casibus de appel-  
 l. in 6. Cassad. decis. 10. de rescrip. numer. 4. Ex his,  
 quæ suprà diximus facile dignoscere potuisti,  
 quòd \* ad reuocationem attentatorum g duplici  
 via agere possumus, vna videlicet directæ peti-  
 tionis & ordinarij iudicij simul cum causa prin-  
 cipali, qua expectato euentu causæ principalis  
 beneficio iniustitiæ possunt per sententiam in  
 causa principali reuocari. Altera extra ordinē  
 per officium iudicis mercenarium eius officium  
 implorantes, qua magis properantes petimus at-  
 tentata imprimis, & ante omnia reuocari, & per  
 hanc viam pendentia causæ attentatorum ope-  
 ratur

ratur effectū suspensiuum, vt interim filere causa principalis, c. non solū de appellat. in 6. vbi Docto. & non solū faceret filere causam principalem, verū etiam causam nullitatis, si quæ penderet. Ita, quod esset prius prouidendum super attentatis, quàm super nullitate, conf. Neap. decis. 98. in antiqu. num. 4.

- 83 Adeoque \* hæc via agendi ad reuocacionem se inuicem compatiuntur, vt licet quis post attentacionem cœperit simul cum principali causa via ordinaria agere, non prohiberetur ad extraordinariam reuerti, & iudicis officium implorare, vt in primis & ante omnia reuocentur attentata, Gemina, in dicto cap. non solū in princip. de appella. in 6. colum. 2. numero 8. versicu. Quid si appellans, & sequenti versicu. in hac materia. Idque etiam si eadem via vsque ad litem contestacionem processum extitisset, licet fuerint in hoc opiniones, quas Gemina, ibidem versicu. in hac materia, refert, Franc. in cap. dilecti, colum. 2. versicu. 2. quaritur, de appellat. in quorum varietate Rota seruat istam partem, vt litem contestatio in ordinario iudicio, facta non impediatur, quin passus attentata possit reuerti ad viam extraordinariam, implorando iudicis officium, vt in primis, & ante omnia attentata reuocet, Rota decisione 185. in no. si pars rea de appella. & ratio est secundum Patres ibi, quia ista reuocatio peti potest in quacunque parte iudicij, dicto cap. non solū de appellat. in 6. vbi Docto. quod tamen alibi limitant in quacunque parte, id est, ante conclusionem, h. in causa. Rota decisio. 57. in no. attentata, vt lite pendente, & decisio. 306. in antiqu. Nota, quod ibi audien-

tia de commissio. & attentata. & ratio est secun-  
 dum patres ibidem, quia \* per conclusionem in  
 causa negotium videtur esse finitum, & prop-  
 terea non admittitur mutatio modi agend. argu-  
 tex. in cap. pastoralis, de caus. poss. & proprie. &  
 clem. 2. vt lit. pen. vbi post conclusionem in cau-  
 sa non admittitur petitorij suspensio, prout et-  
 iam supra ritu. de petitorij suspensione diximus.  
 quam limitationem sequitur conf. Neap. decis. 352.  
 in antiq. Quidam de attentata. post conclus. in  
 c. reuo. cum temperamento tamen, vt intelliga-  
 mus de attentatis ante ipsam conclusionem in  
 causa, & quia si post factam conclusionem fuis-  
 set attentatum, quia de istis attentatis conclusio-  
 nem superuenientibus, posset etiam post conclu-  
 sionem ipsam, de veluti re nouiter emergenti re-  
 uocatio peti, & allegat Viralem in clausula nil  
 nouari lite pend. col. 6.

Et quauis qui attentata passus fuit, possit pro-  
 libito suæ voluntatis audiri in causa attentato-  
 rum extra ordinem seorsum à causa principali  
 per modum implorandi officium iudicis, dicto  
 c. non solum de appellat. in 6. vbi Docto. Non ta-  
 men semper obtinebit data veritate attenda-  
 ti, quia plerique sunt casus, \* quibus attentata  
 non venient officio iudicis, si imprimis & ante  
 omnia, sed tantum simul cum decisione causæ  
 principalis beneficio iniustitiæ reuocanda, vt-  
 pote, i si de non iure petentis reuocari attentata  
 notoriè constaret. Inno. in c. constitutis de filijs  
 presby. in c. signifiasti de diuortio. Rota decis.  
 14. in no. Fuit dubitatum vtrum petenti, de re-  
 stit. spolia. & vt lite pend. & decis. 55. in no. ad in-  
 stantiam vt lite pen. & de attent. & 347. in antiq.

Sf 4

Nota,

Nota, quod si constat de restit. spoliato, & ratio videtur esse in promptu, nam si de non iure agentis constaret, non interesset sua ista attentata reuocari, cap. cum inter de elect. c. veniens de rebus, nec videtur satis dignum, quod iudex auctorizet agentem sine iure, & sic in temeritate de dicto suis Rota d. decis. 347. in antiq. Cassa. decis. 3 num. 4. de restit. spolia. Quod eò magis procederet, si talis instaret pro reuocatione attentati circa possessionem beneficii, & reuocatio tenderet ad restitutionem possessionis beneficii, ne fortè vitiosus cuiquam daretur ingressus, argumen. cap. cum qui de eo, qui mitti in possess. cap. rei seruau. in 6. Rota dicit. decis. 35. in no. Cassa. decis. 3. de restit. spoliato. in princip. vel similia attentatorum reuocatio peteretur, vbi de nullitate appellationis eius, contra quem diceretur attentatum, constaret, dict. cap. non solum verbo canonicè de appellat. Idque etiam si iudicia inhibita attentata præcessisset, Rota decis. 356. in antiq. Nota, quod attentata de attentata. & de appella. Aegid. conclu. 239. in causa domini Guil. de appella. vel attentata. pro quorum reuocatione instaretur, talia essent, quæ ex sui natura non possent reuocari, nisi per diffinitivam sententiã in causa principali, beneficio iniustitiz, vt in casu l. chirographis, §. fin. ff. de adm. tut. quem refert Bald. in l. appellatione, colum. 51. vers. quæro an super officio, C. de appellat. & in pluribus alijs locis, quos supra titu. nostro, §. generaliter verò enumerauimus. Vel denique talia essent attentata, quæ ex sui natura iuris possibilitate possent non expectato aliàs euentu causæ principalis, imprimis & ante omnia reuocari, difficilia tamen

tamen esset possibilitate facti eorum reuocatio  
 Gemina, in d. cap. non solum, §. illa verò, colū.  
 fin. in si. de appella. in 6. Franc. in capit. dilecti,  
 colū. 3. versicu. 2. limita de appell. Rota decif.  
 30. nume. seu dubio. 5. in vltimis de appella. & v-  
 bique suggeritur exemplum. Finge, quodd in cœ-  
 miterio vnus Ecclesiæ sepultum esset funus, &  
 alia prætextu iuris suæ parochiæ iudicialiter a-  
 gens ad funeris vindicationem, lite sic pendente  
 exhumasset funus, & illud in cœmiterio suo sic  
 de facto sepelisset, & propterea Ecclesia conuē-  
 ta via attentati ageret, vt in primis & ante om-  
 nia funus in pristinum statum restitueretur, fuit  
 enim conclusum in palatio, quodd isto casu non  
 reuocarentur attentata in primis & ante om-  
 nia, ex quadam equitate aduersus iuris rigorem  
 propter difficultatem facti in transportando fu-  
 nus tot vicibus de loco ad locum per nota. per  
 Innoc. Hostiens. Abb. & alios in cap. cū libe-  
 rum de sepulch.

Verū & introducta attentatorum causa, vi-  
 deamus qualis \* erit procedendi formula, &  
 quæ hoc iudicio actori incumbant, pro quorum  
 declaratione tu distingues, ant agitur ad reuoca-  
 tionem attentatorum vna cum causa principa-  
 li, prout suprā docuimus, agi posse, & quandoq;  
 etiam oportere, & cum isto casu cognitio atten-  
 tatorum, & illorum reuocatio non aliās princi-  
 paliter & de per se, sed in sequelam causæ prin-  
 cipalis tractetur. Idem erit eius processus, qui &  
 causæ principalis, veluti & eadem probationis  
 incumbentia & vltra ea, quæ incumberent pro  
 victoria in causa principali, si vis gestorum re-  
 uocatio fiat etiam ex capite attentati, haberet a-

§f 5

ctor

k

17

Et or etiam probare propria incumbencia in articulo attentatorum, quæ duo sunt videlicet in nouatio, & litis pendentia tempore ipsius in nouationis, Ioan. Mona. in cap. cupientes in magna gloss. sua de electio. in 6. Bald. in l. appellatione, col. 2. ver. quæro vtrum attentata, C. de appella. vbi etiam Sali. col. 3. num. 7. versicu. quæro an in nouata.

Quod si agatur ad reuocationem attentatorum seorsum à causa principali, vt in primis & ante omnia reuocentur, prout supra diximus posse per tex. cum materia in cap. non solum de appellatio. in 6. & cum isto casu reuocatio attentatorum petatur non iure actionis, sed iudicis officio mercenario, in quo non requiritur libellus neque litis contestatio, gloss. in clemen. 2. in prin. vt lite pend. & in rub. ff. de integ. restit. Ioan. And. in cap. cum teneamur de appell. Bald. colum. 1. vers. Vtrum attentata, & Sali. col. 3. versicu. quæro innouata in l. appellatione, C. de appell. Franc. in cap. dilecti, colum. 2. cum principio sequentis versic. secundo quæritur vbi Na  
 18 \* in reuocatione attentatorum, ex obseruantiæ sacri palatii, nulla erit terminorum obseruatio necessaria siue in spiritali, siue in profana causa contingant hæc attentata, Rota decisio. 14. in no. Fuit dubitatum, vtrum petenti de restitut. spol. & vt lite pen. & decisio. 764. sciendum est, quod si aliqua causa de attentatis, & decisio. 473. in antiqu. Nota si attentata de officio iudicis. Et isto casu quando attentata petuntur reuocari iudicis officio, in primis & ante omnia habet actor tantum probare in nouationem & licet pendentiam tempore, quo fuit innouatum, prout supra diximus

diximus, per nota, per Io. Mo. in dicto capit. cupientes de electio. in 6. & per Bald. & Sali. in dicta l. appellatione, C. de appell. & vbi quis diceretur per alium attentasse, non obtineret actor, nisi doceret de mandato in personam illius, qui attentasset, & non sufficeret in hac specie, utpote in materia delicti docere de generali mandato, Rota decisione 81. in no. quod ad reuocationem ut lite pendens. Lap. in c. eum qui, de præben. in 6. versicul. attentata lite pend. per procuratorem, non grauaretur tamen hoc iudicio actor probatione suæ possessionis in re, circa cuius possessionem diceretur attentatum. Inno. in cap. dilecto de maio. & obed. Nisi fortè is, cui diceretur attentasse, præsumeretur de iure, vel ex aliqua verisimili causa possidere. Quia isto casu satis non esset ei, qui attentatum diceret, probare attentionem, nisi probaret veram possessionem suam tempore attentionis. Innoc. in cap. benè de appella. & ratio est in promptu, quia si reus præsumeretur possidere tempore, quo dicit attentatum, probatio circa possessionem lite pendens, non infert vitium attentati, nec dicitur attentare is, qui lite pendente sua vitur possessione, sed possessionem suam potius continuare, nisi actor istam præsumptionem possessionis rei contraria probatione dilueret, probando possessionem suam tempore innouationis, Rota deci. 89. in antiquo. Nota vbi de appella. & attentata. & satis esset in proposito, iam si non probaret actor possessionem suam, sed alterius innouationis tempore, quoniam attentata etiam cum tertio, dummodo per vnum ex litigatoribus reuocantur tanquam attentata. Rota decis. 30. nume. 4. versif.

4. versicu. vtrum innovata de appellat. in vltimis.

19

Addo, \* quòd minus grauaretur actor hoc iudicio colorare possessionem suam etiam vbi uocatio attentatorum tēderet ad restitutionem possessionis beneficij, licet secus si in mero iudicio spoliij, prout suprā vidimus. Quia in re & si sacrum palatium tempore Aegid. in contraria fuit sententia, Aegid. conclus. 286. in materia vtil. penden. posteriori ramen tempore fuit seruatum, vt non grauaretur actor hoc iudicio docere de aliquo tit. Rota decis. 14. in no. fuit dubitatum, vtrum peten. de resti. spol. & vt lite penden. & de ista obseruantia attestatur etiam Cassad. suo tempore, decis. 3. de resti. in prin. & vbi obtineret, condemnaretur reus ad fructus non solum perceptos, sed & quos percipi potuisset, si modò pars perat, Rota decisio. 481. Nota attentans de condem. expen. in antiqu. Milis verbo attentata, numero 17. versic. attentans lire penden.

20

Et licet in hoc videatur grauari reus, in pluribus tamen alijs sibi actori repensum est. Non \* dabitur actori remissoria pro probandis attentatis, sed probatio erit sibi in Roman. Cur. omnino faciendā, Rota decis. 89. in antiq. Quia ad hoc alias concordantes allegat, & decis. 119. in antiq. not. seruat audientia de attentatio. & remissio. & nihilominus daretur reo ad defensionem & excusandum se ab obiectis attentatis, Cassad. decis. 4. de causa poss. & proprie. Idque etiam ad repulsandum testes ex aduerso per actorem examinatos, quia \* in re an esset hæc facultas repulsandi testes, ac pro ea dilatio cōcedenda reo in hoc attentatorū iudicio dubitauit alias Cog. fl. Nea.

21

fil Neapo. & consuluit Rotam Romanam à qua habito pro affirmatiua responso, ita determinauit Afflict. decis. 351. fuit bis dubitatum de testiũ obiectione in caus. attenda. reci. Item ne cogatur reus hoc iudicio, vbi sibi deberetur absolutoria ab obiectis attentatis, (quæ plerunq; calumniosè ad effectum tantùm differendi expeditionem causæ principalis allegaretur) per viam sententiz se eximere, & ire per tres conformes, solet signatura succurrere reo, & concedere commisionem, qua datur, quòd præfixo actori aliquo breui & peremptorio termino ad docendum de præsens attentatis, quo elapsò & nihil quod releuet docto, reiectis attentatis ad expeditionem causæ principalis procedat, prout solet etiam, vbi pendente causa petitorij daretur de simplici spolio ad effectum suspendendi processum in principi causa, idque præsertim, vbi aliqua feriæ instarent, vt citius causa principalis expediri possit. Cassa. decis. 4. de causa poss. & proprie. num. 5.

Imò istis temporibus, quando imminerent aliqua magna feriæ, vt pote Natalis Domini, carnis priuij, Paschatis, vel messium, consuevit signatura non solum arctare simili præfixione terminos, qui iam commisiones super attentatis obtinissent, sed etiam petentibus tunc commisiones super attentatis, vel etiam nullitatibus ac similibus (quibus solent rei causarum expeditionem differre,) vsque ad nouas audientias denegare, idque ad cohibendam litigantium malitiam.

Generaliter verò vbi \* sententia super attentatis ferretur, ex sui natura diffinitiuam non est, sed

sed interlocutoria, Rota decis. 214. Nota, quod  
sententia de sententia & re iud. & decis. 43. no-  
ta si attentata de officio iudicis in fi. omnibus  
in antiq. Quæ vera sunt, ubi attentata essentia,  
quæ non concernerent possessionem, neque  
illius restitutionem, quo casu diffinitiva potius  
reputabitur sententia Aegid. 286. in materia vt  
lit. pen. qui tamen loquitur in casu, quo attenta-  
torum reuocatio tenderet ad totalem possessio-  
nis restitutionem, nõ autem ad aliquem statum  
dubium, vel aliàs æreum, prout, in similibus fe-  
ri consuevit, & Milis verb. sententia, nu. 10. verbi  
sententia reuocationis attentatorum loquitur  
simpliciter, quando attentata sunt circa posses-  
sionem, sed dicit, quod similis sententia repu-  
bitur diffinitiva, quoad dispositionem, c. coram  
de appel. lib. 6. Habet tamen omni calu vim dif-  
finitiuæ, & pro ea de stylo Ro, Cur. consueuerunt  
taxari expensæ pro registro, pro procuratore,  
sollicitatore, aduocato, & alijs, prout diffinitiu-  
ua, & pro notula sententiæ notario quatum pro  
diffinitiuua, Milis verbo attentata verfic. si. incip.  
attentatorum sententia. Rota decis. 99. in no. si  
fiat condemnatio de sententia, fructibus, & ex-  
pensis.

Et cum supra dixerimus actorem hoc iudicio  
debere probare non solum inuocationem, sed et-  
iam litispendentiam inuocationis tempore, nõ  
ignorabis, quod & si aliàs lis ob eius duntaxat  
contestationem initium habeat, capit. ex parte  
el. 2. extra de verb. signi. quo \* tamen ad hunc ef-  
fectum, vt lite pendente nihil in nouetur, specia-  
liter cautum est, litem ab ipsa citatione inchoat-  
ri, si modò talis sit, per quam reus plenè instrui  
potuerit

potuerit de his, super quibus ab actore conueni-  
 tur, clem. fin. vt lite penden. Quæ tamen quali-  
 tas vt citatio sit talis, per quam citatus possit in-  
 strui de his, super quibus ab actore conuenitur,  
 dispensante stylo non desideratur, vbi quis ap-  
 prehenderetur præsens in Rom. Cur. quia tunc  
 sola citatio per cursorem per cedula[m], prout fi-  
 eri solet, inducit quoad omnes effectus veram  
 litis pendentiam, Rota decis. 29. in no. clem. 2.  
 vt lite pen. & quod dixi ab ipsa citatione quate-  
 nus attinet ad partem rei, intelligas à die, qua ci-  
 tatio ad eum peruenisset, i. vel stetit per eum  
 quo minus perueniret, tex. in d. clem. fin. vt no-  
 tatur, & sic ab executione citationis erit litis  
 pendentia quo ad reum, qui tamen executio-  
 nis euentus non expectabitur in actore, quia  
 quoad ipsum, cum primùm decretum citationis  
 obtinet, introducitur litis pendentia, quoad  
 effectum nostrum, vt lite pendente nihil inno-  
 uetur. Aegid. conclus. 545. si pendente inquisitio-  
 ne vt lite pendente in finalibus verbis, Staph.  
 car. 44. prima facie & à tergo, Rot. decis. 425. in  
 antiq. Nota, vt lite pendente de citatio. & decis.  
 459. in eisdem. Nota clem. 2. de citatio. & decis.  
 75. in no. dicitur vt lite penden. & de atrena. &  
 rationem diuersitatis ibi affert Collector, quia  
 actor est certus de commissione impetrata, & de  
 citatione decreta, & qui certus est, non est am-  
 plius certi orandus, cap. ab excommunicato de  
 rescript. & capit. eum qui, de reg. iur. in 6. & quia  
 plerunque lis per alios inchoata ad alios non ci-  
 tatos extenditur, vt pote se liti offerentes, & ad  
 eam pro eorum interesse venientes, in istis so-  
 lam admissio ad prosecutionem causæ idem  
 operatur,

operatur, quod citatio exequuta in alijs, idque  
 siue hæc admissio fiat à papa absque alio iudicis  
 ministerio, per viam gratiosæ surrogationis  
 iam quoad litem in statu & terminis, in quibus  
 defunctus reperiebatur, Cassad. decis. 7. vt lit  
 pendens, nisi fortè Papa in gratia non aliàs surro-  
 garet, sed mandaret surrogari, quia isto casu iu-  
 dicis ministerium ad litem introductionem, quo-  
 ad surrogatam desideraretur, Cassa. ibid. num. 5.  
 vel nisi fortè surrogatio etiam quo ad litem ef-  
 fet, non ad surrogati instantiam, sed motu pro-  
 prio Papæ facta, quia similis admissio non facta  
 ad instantiam partis non argueret notitiam litem  
 in surrogato, prout non argueret etiam in surro-  
 gatione gratiosa vt supra, ad instantiam partis  
 modò surrogatio quoad litē nō simpliciter nec  
 purè, sed euètualiter in euentū litem fieret, quæ ra-  
 tione solent cauti curiales, quādo similes surro-  
 gationes impetrant, non facere mentionem, nisi  
 euètualiter, vt supra Cassa. deci. ij. vt lit pend.

Ceterum \* vbi lis fuisset super beneficio in-  
 troducta, faceret litem non solum super titulo  
 & proprietate beneficij, sed etiam super posse-  
 sione, Cassad. decis. 9. num. 3. de cau. poss. & pro-  
 prie. & sic respectu vtriusque. Quod procedit  
 etiam si causa fuisset super iactationibus & mo-  
 lestationibus introducta, si modò molestatio-  
 nes narrètur super beneficio, tecus verò si super  
 possessione tantum, quia isto casu sola possessio  
 esset litigiosa, prout esse consuevit, quando cau-  
 sa simpliciter super possessione introduceretur,  
 nec aliàs istis casibus lis ad proprietatem benefi-  
 cij extenderetur, Cassad. d. decisio. 9. de caus.  
 poss. & proprie. numer. 8. 10. & decis. 4. numero  
 1. vt

extenderet, utpote ad possessionem tantum, tunc effectus esset, utpote quod non impediretur ordinarius conferre beneficium occurrente illius vacatione, nec obstaret dispositio, capi. 2. ut lite pend. in 6. Cassad. decis. 4. ut lite pend. et si beneficium de iure patronatus esset, non prohiberetur patroni presentare, qui alias lite pend. super beneficio, ac illius proprietate presentare non possent, Cassad. decis. 3. numero 2. eodem titu. & ubi lis fuerit semel introducta, quia\* secundum canones, qui in Rom. Cur. attenduntur, nullum est ad litem finiendam tempus prefixum, c. penultim. de iudi. non finiretur tempore, nisi forte tantum esset, quod de iure satis esset ad presumendam litem habitam pro derelicta, qua in re variauit Rota secundum casuum & hominum qualitates, Cassa. decis. 5. ut lite pend. vsq; ad fin. & ubi lis de possessione tantum esset, quae solo prentendens animo pedet, facilius presumeremus litem pro derelicta, ubi per tot annos actor nihil fecisset, quae de iure satis essent ad presumendam obliuionem possessionis iuxta text. in l. peregre. ff. de acq. poss. Cass. d. decis. 5. numero 4. versic. secus in amissione possessionis, & extra istum casum lis plurifariam finiretur, & sic etiam legis prohibitio, ne quid ea pendente innouaretur, utpote per sententiam, quae res esset iudicata, l. causas, C. de transact. c. 1. de litis contestata, in 6. ubi etiam glo. Rota decisio. 411. in no. si lite pendens. an curia ut lite pend. versic. si autoritate id haberet, &c. Milis verbo lite pend. versic. lite pendens. quod litigantem non finitur lis. Cassad. decis. 5. nu. 2. ut lit. pen. Staph. car. 164. a tergo, ubi etiam vult, quod lis semel, ut premitteretur,

25

Tt

per

rem iudicatam finita, per restitutionem integram suscitaretur, quod tamen intelligi potest obtentam restitutionem & non prius. Item finiretur per renunciationem seu cessionem liti & causa, l. postquam liti. C. de pactis, imò per similem cessionem non solum summoeretur de medio, sed etiam abdicaretur ius a parte, etiam quod cesserit liti & causae tantum, & nihil expresserit quoad cessionem iuris, idque sine profana, siue spiritualis causa esset, Rota decis. 677. in antiq. Dic quod de cessione lit. & causae. Denique finiretur etiam per mortem civilem, vel naturalem litigantis. Cassa. decis. 3. nu. 6. vt lite pend. Quod tamen intelligo quoad reum possessorem, qui pro fine litis non indiget, nisi quod molestia actoris cesset, secus vero quoad actorem agentem contra alium possessorem, quia isto casu non esset lis finita quoad ipsum, ideo debet litem prosequi contra inter. sic putantes vsque ad finem, Cassa. decisio. i. de sententia & re solet sibi dari processus per audientiam contradictarum contra eos, Cassa. qui alios concordantes allegat decis. 6. vt lite pendens. in princip. & si omisso simili processu iret ad possessionem beneficij etiam vacuam reuocaretur ab eo veluti attentata non ad instantiam eius, qui in ius & locum defuncti successisset, sed ex merito iudicis officio, Rota dicta decisio. 411. in no. vbi etiam habes, quod licet ab ipso reuocaretur possessio veluti attentata, non tamen daretur simili surrogato, sed Rota retineret eam apud se vsque ad finem litis, reddit rationem, quare fieret haec reuocatio, ex quo ille qui fuit, surrogatus, nullum habere potest interesse in iure possessionis.

fessionis, quam nunquam habuit, & respondens  
 tacite objectioni dicit satis sua interesse, vt iste  
 actor, qui lite pendente se in possessionem intru-  
 sit, remoueat a possessione, & sibi de fructibus  
 non respondeatur, vt in euentum victorie in  
 causa principali reperiat rem vacuum & fru-  
 ctus inesse ab aliquo non occupatos, quæ tamen  
 reuocatio possessionis remedio attentati non  
 daretur, vbi non actor, neque alius collitigans se  
 in possessionem defuncti, sed tertius se intru-  
 set, contra quem esset via ordinaria proceden-  
 dum, & alias succurreretur sibi prout Rota ibi-  
 dem in fin. docet, & vbi post sententias se intru-  
 deret, sententiæ huiusmodi contra alium pos-  
 sent cõtra ipsum executioni demandari, prout  
 infra proximo titulo de executione rei iudica-  
 rz dicemus.

## ANNOTATIONES.

Prohibet.) Notissima est iuris regula, quod \* appella-  
 tione pendente nihil innouandum sit. vt ff. nil nou. appell.  
 pen. & secus si factum fuerit, remedio attentatorum, quam  
 primum reuocandum est, cap. non solam de appellat. in c. l.  
 appellatione, c. eod. tradit Rot. decis. 185. si pars, in no. quod  
 tamen cum moderamine intelligendum erit. si appellatio le-  
 gitima fuisse, aliter enim esset, si ea inualida declaratur:  
 quia tunc attentata nequiquam reuocantur. Rota decisio.  
 357. Nota, quod attentata in antiq. & Aegid. conclus. 239.  
 in caus. d. Gulielmi. Item nec attentata reuocantur, quan-  
 do deserta est appellatio. Rot. de ces. 1. in no. & Aegid. con-  
 clu. 420. Sed quoniam hæc regu. plures putitur exceptiones  
 quas longum esset recensere, videbis eas apud Soc. in suis  
 fall. in reg. 21. qui septem recenset, & Corset. in singu. Appel-  
 latio, vbi alias septem, quarum quinque diuerse sunt ab illis  
 Soc. quas omnes & alias etiam Roman. in sing. 161. egregie  
 profequi-

- prosequitur. Catel. Cor. in memorab. in verbo Appellatione,  
 & latius Auctor hic, & Franc. Nicot. in rep. capit. quoniam  
 contra in gl. vlt. nu. 12. cum seq. Affl. in c. fin. numer. 39. quod  
 temp. mil. in vsib. feud. Paris. consi. 28. nu. 22. & seq. lib. 4.  
 & Petr. Due. in reg. 42. vbi 23. fall. ponit, & latius Mol.  
 28 in praxi, in 6. par. in ver. appellatio, num. 163. cum seq. \* si  
 & si huiusmodi attentata, de quibus supra, per viam atten-  
 tatorum reuocari minimè queant, attamen via iudiciali  
 nullitatis reuocari possunt, vt à Franco docentur in c. consu-  
 luit, 2. & c. sapè, col. 10. de appell. & Com. in reg. de trien-  
 nali. q. 54. Insuper & iudicis officio reuocari possunt, Ita  
 29 decis. 14. in no. & Aegid. concl. 623. Processus cum seq. sed  
 illud non omitam, quod \* necesse est, vt attentata reuocan-  
 tur appellationem iudici atque aduersario notificata, nisi  
 aliàs iudex si innouet, innouata non reuocantur. Baur. in q.  
 Imo. in cap. vlt. colum. item vlt. vbi quoque Fran. de appell.  
 Quod tamen limitat idem Franc. in c. bona, col. 17. in 9. con-  
 clus. eo. tit. cui consentit Maran. in praxi, in 6. par. ver. Ap-  
 22 pellatio, num. 392. locum habere in appellatione iudiciali,  
 non autem extraiudiciali, in qua attentata reuocantur, et-  
 iam si appellatio notificata fuerit minimè. Sed hoc sane in-  
 telligas, vt in extraiudiciali, attentata solum ea reuocantur,  
 que sunt contra appellationem, secus in attentata post ap-  
 30 pellationem iudicalem, que simpliciter reuocantur, & est  
 communis opinio, quicquid nonnulli contra dixerint, vt Dec.  
 restatur in c. bona, nu. 15. in 12. diff. de appell. Et vsq. adeo  
 hoc attentatorum remedium priuilegiatum est, quod contra  
 agentem reuocari attentata, excommunicationis exceptio  
 opponi non potest, ita dixit Dec. cons. 200. col. vlt. cuius est  
 cons. Etator Maran. præcitato loco nu. 393. Nec etiam excep-  
 31 tio proprietatis, Card. in d. c. bona, col. 3. Nec quoque spoli-  
 exceptio, vt per Affl. decis. 98. nu. 4. & ibi nu. 3. dicit quod  
 32 \* donec attentatorum causa pendet, procedi in negotio prin-  
 cipali non potest. Ceterum \* si attentatorum priuilegia, que  
 quam

quàm plura sunt. scire cupis, Francum consulas in d. c. bon. e.  
Sed aduertendum est, quòd & si multa extent priuilegia,  
attentata tamen (nisi parte citata) reuocari non possunt, vt  
Fran. eò loci. què sequitur. Dec. d. cons. 200. Nic. Ant. Grau.

Secus verò.) Adde tex. in c. ex literis, & Abb. ibi, nu.  
4. de mat. contr. interd. eccl. cont. & in c. cum teneamur.  
in 1. not. appell. & Felin. cons. 13. nu. 3.

Veluti.) Vide omninò Fran. in c. personas, de appel. &  
Maran. citato superius loco, nu. 194. vbi multa congerit, &  
post Francum octo modos dandi dilationè tradit prosequere  
vt ibi. Vide Rot. decis. 94. in no. Et vbi \* debitor fugæ effe-  
ctus est suspectus, quod pendente etiam lite capi possit, &  
sic inuouari. Adde Marc. Bauer. in tract. de mora. in 3. par.  
§. condescendo, nu. 13 & Rip. in ca. 1. num. 88. de iudic. apud  
quem regulam cum 11. ampliat. & octo limit. declaratam  
videbis, Nicolaus Anton. Grauatius.

Vel si lata sententia.) Idem est, in marito, qui \* in  
possessione. sue quasi matrimonij esset, quod iure non vale-  
bat, non pendente lite prohiberi potest, ne cum vxore rem-  
agat, tex. est sing. secundum Batr. ibi, nu. 5. in cap. laudabilè,  
vt lit. pend. & Rom. sing. 411. Ad id verò, \* quod dicitur,  
appellatione pendente iudicem prouidere posse, ne possessor  
in sua turbetur possessione. Adde pulchrè Staphi. de grat. &  
expect. §. citatio personab. numero 15. & 16. vbi quid iu-  
dex si pendente lite possessionem reformet, attentare non di-  
citur, & Socin. cons. 45. colum. 3. in fin. lib. 1.

Idem si peterentur.) Adde Affl. decis. 354. nu. 20.  
declarantem, quòd \* & si remedium attentatorum contr-  
tertium minimè locum habeat, tamen si tertius ipse innouas  
à parte contradicente causam habuerit, attentata per ipsum  
reuocantur, idem que etiam Afflict. censet, si non à parte, sed  
à iudice causam habuisset, quod & Franc. voluit in c. bon. e.  
col. 3. de appel. Nic. Ant. Grauat.

Quamobrem.) Huic illud affine est, quòd \* iudex  
It 3 appella-

b

c

33

d

34

35

e

36

f

37

37 appellacionis ab interloquutoria inhibere non debet, nisi prius super appellacionis iustitia causse cognitionem exhiberit, aliàs inhibitiõ nullius erit efficacia, vt prociamus d. Specu. in titu. de appell. §. de officio, versi. sed quoniam est tex. in c. Romana, §. si verò, & §. si autem ubi Gem. appell. in 6. & Felin. in c. dilectus, 2. pen. col. de rescrip. In

38 super \* dicta inhibitiõ, vt valida sit, parte citari debet, vt consultus Are. respondit cons. 20. colum. pen. vs. circa secundum, & cons. 34. colum. 3. & Alexand. 91. colum. pen. libe. 2. & iterum cons. 9. lib. 4. idemque in l. Titia in fin. ff.

Com. opi. solu. matrim. ubi hanc opinionem à Doct. crebriore calcula receptam esse affirmat, & in l. 4. §. condemnatum, ff. de rei iudic. & Ias. in l. si opus, num. 6. ff. de nou. oper. num. & de cõmuni etiam opinione meminere Bernar. à Luca in reg. 365. & Ias. in l. nec quiquam, num. 31. ff. de offi. procons. in ol. Anto. Grauatius.

g  
39 Duplici via? Duobus \* modis attentata reuocari possit. Cardi. docuit in c. dilecti, 3. de appell. vno scilicet iudicis officium principaliter implorando, altero verò accessorie appellacionem prosecuendo. Qua de re vide Affl. decis. 351. Nicol. Ant. Grauat.

h  
40 Ante conclus.) Adde Franc. in c. dilecto, 3. col. 2. de appel. & ibi \* nonnullas tradit limit. quando attentata, non reuocantur, vnde etiam Rot. decis. 518. nota, quod in antiq.

i  
Vtpote.) Vide Affl. decis. 98. in fin. & Franc. in ca. bone de app. & si non sint, qui hac in re contrarium voluit, vt Affl. ibi testatur.

k  
Verum.) Adde Abb. in c. tua in fin. & in d. c. hanc, de appell. volentem, quod attentata reuocantur absque ordine iudicario, ex cuius aliorumque interpretum dictis, formulam procedendi in attentatis habebis, & eundem etiã Abb. legas in c. ex parte colum. pen. de rescript. Franc. in c. consulti, 2. de appellat. Rot. decisio. 765. sciendum est, quod si in

41 antiq. & Affl. decis. 351. nu. 2. ubi ait, quod \* attentata

rum iudicium est summarium, que<sup>\*</sup> attentata an prius di-  
luenda sint, quam negotium principale, idem Afflict. tradit,  
deci. 98. numero 3. & latius decisio 131. ubi concludit, quod  
attentatorum causa non impedit, quod minus in causa prin-  
cipali procedi non possit, cui decisio. DD. e. mer. e. Imperialis  
si subscribere, teste Ioachi. Mynsig. in singu. o<sup>h</sup>. r. in cent. 3.  
obs. r. 33. quicquid Arcin. & Ias. aliter sentientes dixerint  
in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. De  
quorum attentatorum materia, vide Guid. Pap. decis. 212.  
cum seq. & decis. 436. num. 12. & 90. & 111. Et illud quo-  
que notabis, quod Cardin. scribit in d. c. bone. colum. 3. ver-  
not. ex textu, quod is, qui<sup>\*</sup> appellatione pendente attenta-  
uit, tenetur fructus restituere, etiam medio tempore perce-  
ptos à die interpositæ appellationis. Nicolaus Anton. Gra-  
uatius.

Solet sibi.) Vide Rot. decis. 129. in absentia, in antiqu.  
& 144. & in causa in no. & Aegid. conclus. 310. & 615.  
quibus in locis praxis Roma. Curie habetur, quod lite pen-  
dente, controuertentium aliquo à curi recedente, vel dece-  
dente, contra illum (prius tamen hoc summarie constituto)  
processus per audientiam contradictarum decernitur. Nico-  
laus Grauatius.

De executione rei iudicata, expensarum taxa-  
tione, ac fructuum liquidatione.

C A P. V L T.

S V M M A R I V M.

- 1 Actio iudicati, vel in factum ex re iudicata con-  
ceditur.
- 2 Iudicis officium in executione rei iudicatae po-  
tius postulandum, quam via actionis agendum,  
& num. 24.
- 3 Executio rei iudicatae summarim facienda  
nullaq;

T 4

nullaq;